

næ vitæ conferunt in eisdem planè tenebris, & cæcitate versarentur. Ecce igitur evidēs, cur in disuetudinē superiori seculo viperæ abjicerint, & vix ab apertis oculis dignoscuntur ob antiquas tenebras, earum tamen integra facultas, & virtus hucusq; latuit. Cæci enim cæcos plerunq; gignunt. Nam nonne Romæ mihi contigit cum viam & rationem alexiteria adinveniendi, nova & antiqua comprobandi, adeò barbaros ac stupidos invenerim quosdam medicos, ut affirmarent pulverem cocti lateris, si eodem modo viperis porrigeretur easdem enecaturum. Hoc verò ob id propalarunt ut fidem, ac gloriolam auferret & surriperent, invidia huius inventi, quod experientia verum esse comprobatum fuit, illosq; mentiri, rumorq; invidia in auctores reflexit. Ecce igitur quomodo diutius latuerunt, & partim latent hucusq;.

DE UNIVERSALI METHODO curandorum venenorum
quasi synopsi.

CAP. XXX.



V M de viperæ curandis ictibus superfit scopus, neq; ratio permittat de particulari aliquo venenato affectu pertractare, nisi